mentis infrascriptis sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia sibi et memoratae Coniugi suae Magnificus Martinus Szytkowski et Magnifica Leonora Sapiezanka Coniuges summam octo millium florenorum polonicalium debiti Coram actis praesentibus inscripti ex integro persolverunt Ideoque accepta sua sufficienti satisfactione eosdem Magnificos Szytkowskie Coniuges quietat et liberos facit inscriptionem cum eius ligamentis ac toto effectu cassat paceque tuicionem et evictionem omnimodam ab eadem Coniuge sua inscribit atque ad approbandam praesentem inscriptionem seu quietationem praefatam Coniugem suam statuere se intra decursum duodecem septimanarum de omnibus bonis cum successoribus suis inscribit et submittit sub vadio summae receptae Et Coram officio praesenti Castrensi Capitaneali Bransensi in primo Citationis termino praevenientibus versione et satisfactione omnibus contra versiis exceptionibus allegationibus evasionibus dillationibus quibusvis motionibus apellationibus ac eorum prosecutionibus atque in universum iuris remediis et defensis se et suos successores abrenunciando abscribendo et abrenunciando.

Kamienski **Intromissio**

Ministerialis Regni Generalis Nobilis Simon Topczenski Una cum Nobilibus Alberto Alberto et Petro Kamienskieni Coram officio praesenti personaliter stans palam recognovit Quia feria sexta post Dominicam Iudica passionis proxime praeteriti condescendendo ad bona Kamienskie et Blinskie consistentia ibidem Nobilem Joannem olim Stanislai Kamienski in bona omnia mobilia et immobilia in bonis praefatis consistentia ipsi per Nobilem Michaelem Gazowski et Catherinam Laska coniuges iure obligatorio in summa Quadringentorum florenorum polonicalium Coram actis praesentibus inscripta eorundemque bonorum areas agros prata campos silvas rubeta fluvios et omnes utilitates attinentias iuxta latiorem continentiam eiusmodi inscriptionis ex libera admissione eorundem Gazowskich nemineque alio tam in bonis quam hic circa acta impugnante intromisit et in possessionem pacificam dedit.

Wroczenskich **Quietatio**

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Bransensibus personaliter comparens Nobilis Joannes olim Christophori Wrocenski sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobiles Adamum olim Andreae Stephanum olim Joannis Wrocenskich de causa et actione ipsis ad officium praesens ratione equi coloris karei in bonis Chelmnei receptionis et ablata obrestitutionem eiusdem equi ibi sui proprii tum et de alia causa ratione impensorum et stipendiorum pro expeditione bellica praestanda sibi servientibus non satisfactionis actitata pro interesse eius tantum quietat omittit et liberos facit processu totum utrumque cum eorum effectu cassat perpetuo

Actum in Curia Regia Bransensi Feria tertia ante Festum Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxima Anno Domini 1649